

www.e-rara.ch

De ecclesia Dei, theses decem, oppositae erroribus, catabaptistarum

Grynaeus, Johann Jakob

Basileae, 1582

Universitätsbibliothek Basel

Shelf Mark: UBH VB Mscr O 12c:11

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-5688>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

DE ECCLESIA DEI, THESES
DECEM, OPPOSITÆ ERRORIBVS CATABAPTI-
starum, de quibus 13. Decembris, in Schola Theologica Basiliensis Academię,
Præside D. IOAN. IACOBO GRYNÆO, S. Theologię Pro-
fessore, *αὐτὸν* *ἔχειν*, respondebit optimarum Artium Magister,
GREGORIVS BRANDMYLLERVS
Basiliensis.

1. *De Ecclesia Dei.*



TSI Patres sub Lege Pædagogō uersati sunt: nos uerò libertatis priuilegio gaudemus: ta-
men una tantùm est Catholica Dei Ecclesia, quę utriusq; Testamenti fideles, unius eiusdemq;
fœderis consortes, complectitur.

2. *De Auctore Ecclesię.*

Sanctificat enim illam sibi in peculium Iehouah, qui est essentia quidem unus, trinus autem
Personis (proprietatibus caracteristicis distinctis, quę sunt gignere, nasci, procedere) uidelicet Pater, Fi-
lius, & Spiritus sanctus.

3. *De Mediatore Iesu Christo.*

Sine Mediatore *διανθρώπων*, nulla in genere humano (quod reum erat) constitui potuit Ecclesia, cui Capi-
te & redemptore opus erat. Ideo æternus *ὁ λόγος* assumpsit massam humanę naturę, de substantia Marię Vir-
ginis, fratribusq; per omnia similis factus est, excepto peccato.

4. *De Generatione hominum.*

Omnes homines nascuntur in peccato originis, sunt filij irę & rei mortis: etiam ij qui è fidelibus pa-
rentibus ortum ducunt.

5. *De Regeneratione saluandorum.*

Ideo omnes saluandos renasci oportet, ut possint introire in regnum Dei. Ac cum fœderis gratię con-
sortes Paruuli, in eorum censu sint, cum uetere & Apostolica Ecclesiã, ut Circumcisionem paruulorum (tem-
poribus ueteris Testamenti usurpatam, nunc uerò abolitã) ita nunc Pædobaptismũ, qui illi successit, proba-
mus: Anabaptismũ uerò, ut contumeliosum in Deũ (cuius inuocatio irrita fit, retinçtione illa) improbamus.

6. *De Iustificatione.*

Fideles iustificantur, non ut Catabaptistę opinantur, partim merito crucis seu suorum *ἠδικημάτων* & bo-
norum operum, partim fide in Christum: sed sola fide iustificantur, per remissionem peccatorum & imputa-
tionem iustitię Christi.

7. *De Alimonia Spirituali.*

Eucharistia nequaquam est nuda professionis tessera, ut fingunt Anabaptistę: sed, si rem Sacramenti
spectes, esca potusq; spiritualis, communis toti Ecclesię inde usq; ab initio Ecclesię. Est enim communio
corporis & sanguinis Agni Dei (qui occisus est ab origine mundi) seu Iesu Christi, qui heri & hodie idem
est, & in secula. Hęc spiritualis Alimonia, ut & Circumcisio cordis, cõmunis nobis est cum sanctis Patribus.

8. *De Sanctificationis exercitijs & Dei cultu.*

Neutrum horum *τῆ σωματικῆ γυμνασίᾳ* potissimũ constare dicimus: sed *ἀγλασμένον* quidem iugi mortifi-
catione carnis & uiuificatione Spiritus: *θεοσίβειαν* autem, pietate seu cultu rationali.

9. *De Rebus Politicis & Oeconomicis.*

Quum Euangelium faciat Politias & Oeconomias: negamus fidei prætextu tolli posse Ciuilem &
Coniugalẽ ordinem: Iudicia, Iusiurandũ legitimũ, quod fidei & charitati seruit: facultatũ, nobilitatis & infe-
riorum uitę graduum distinctionem: Militiam & bella necessaria & iusta, & alia *νόμιμα*, & ad uitam anima-
lem tuendam necessaria.

10. *De Scriptura sancta.*

Vtriusque Testamenti libri Canonici sacrosanctam habent auctoritatem, cum totam Religionem
Christianam & doceant, & ueram esse demonstrant. Noui tamen fœderis libros doctrinę fidei, spei & cha-
ritatis illustriorem explicationem complecti, non negamus. Anabaptistas autem, his de-
cem Thesis reclamantes, periculosẽ à ueritatis uia
aberrare, dicimus.

VENI ET VIDE Ioan. 1. 47.

BASILEAE, TYPIS OPORINIANIS.

M. D. XXXII.

DEPARTMENT OF THE ARMY
OFFICE OF THE QUARTERMASTER GENERAL
WASHINGTON, D. C.

THE QUARTERMASTER GENERAL'S OFFICE
OFFICE OF THE QUARTERMASTER GENERAL
WASHINGTON, D. C.

THE QUARTERMASTER GENERAL'S OFFICE
OFFICE OF THE QUARTERMASTER GENERAL
WASHINGTON, D. C.

THE QUARTERMASTER GENERAL'S OFFICE
OFFICE OF THE QUARTERMASTER GENERAL
WASHINGTON, D. C.

THE QUARTERMASTER GENERAL'S OFFICE
OFFICE OF THE QUARTERMASTER GENERAL
WASHINGTON, D. C.

THE QUARTERMASTER GENERAL'S OFFICE
OFFICE OF THE QUARTERMASTER GENERAL
WASHINGTON, D. C.

THE QUARTERMASTER GENERAL'S OFFICE
OFFICE OF THE QUARTERMASTER GENERAL
WASHINGTON, D. C.

THE QUARTERMASTER GENERAL'S OFFICE
OFFICE OF THE QUARTERMASTER GENERAL
WASHINGTON, D. C.

THE QUARTERMASTER GENERAL'S OFFICE
OFFICE OF THE QUARTERMASTER GENERAL
WASHINGTON, D. C.